- Fratres karissimi. – Qui sunt veri filii aut eciam filie attente audiunt monita et mandata patris eorum... Marci ultimo [16, 14]... – Recumbentibus undecim. – Sed videmus, karissimi, quod recedente patrefamilias... – Dicitur igitur: In illo tempore, scilicet die Ascensionis, secundum sancte matris Ecclesie... ><... Cuius visionis participes per suam admirabilem ascensionem faciat nos ipse pius Dominus nunc per gratiam, post vero per gloriam... [In Ascensione Dni, 2] [Aneks II.5.1.]*
- Fratres karissimi. – Sacrorum doctorum qui scripta legerunt vel audierunt, non ignorant... Luce XVIIIo [, 31]... – Assumpsit Ihesus XII discipulos... – Sed cum sancti apostoli principes nostri, quibus datum erat nosse misterium regni Dei... – Ecce tu, qui libenter audis secreta, libenter audis futura... ><... laudem suam ipse Dominus Deus det nobis sic inchoare, ut in ea eternaliter possemus perseverare. Amen. [Sermo 3 in Dnica 6 Quinquages.] [Aneks II.5.1.]*
- Fratres karissimi. – Scitis, quia sancta mater Ecclesia in precedenti dominica recoluit missionem Spiritus Sancti... Ioh. IIIo [, 1]... – Erat homo ex phariseis etc. – Sed ecce, karissimi, ex verbis huius sacre leccionis audivistis, quia Spiritus, ubi vult, spirat... – Per hoc innuitur, quod aliquo modo servabat dignitatem condicionis humane... ><... sed habebimus vitam eternam. Ad quam... [De Sancta Trinitate, 2] [Aneks II.5.1.]*
- Fratres karissimi. – Secundum Iohannem Crisostomum: Ad nichilum ita avidum est genus humanum... Ioh. XVIo [, 5]... – Vado ad eum. – Sed quia in hac sacra leccione inter alia tangitur de illo, quod accipit Spiritus Sanctus a Filio... – Quia iam agebatur de passione sua, cum ista verba diceret... ><... fidelium cordibus intimat. Ad quam equalitatem videndam et perpetuo inspiciendam ipse Spiritus Sanctus... [Dnica 4 post Pascha, 2] [Aneks II.5.1.]*
- Fratres karissimi. – Sepius homo cum voluerit accedere ad servitatem Dei... Mt. IIIIo [, 1]... – Ductus est Ihesus in desertum etc. – Sed quia, si aliquis debet loqui, non debet esse mortuus, sed debet esse vivus, eo quod, ut dicit Petrus Hispanus, sermo non potest fieri nisi mediante voce... – Quot fuit illud tempus, si vultis scire, idem ewangelista ante hoc expressit... ><... Dominum nostrum ha-*

bebimus nobis ministrantem in vita eterna. Ad quam... [Dnica 1 in Quadrages.] [Aneks II.5.1.]

Fratres karissimi. – Ut potestis noscere, tria solent esse... Mt. XVo [, 21]... – Egressus Ihesus secessit in partes etc. – Sed quia, ut audistis Salvatorem nostrum Dominum Ihesum Christum dicentem, quod non est bonum sumere panem... – Postquam Iudei, quibus predicabat, in verbo suo non fuerunt emendati... ><... et orante apertum est celum. Ad quod celum ipse Dominus... [Dnica 2 in Quadrages.] [Aneks II.5.1.]

Fratres karissimi. – Videmus ad sensum, quomodo mulieres vel etiam viri portantes filios... Math. XXIo [, 1]... – Cum appropinquaret etc. – Sed videtis, quia discipuli non prius adducunt azinum ad Salvatorem... – Scitote, karissimi, quia non solum dicta, sed etiam facta Salvatoris nostri sunt nostra instructio... ><... et eternam gloriam. Ad quam nos perducere dignetur pius Dominus per passionem suam, quam hodie recolimus. Qui cum Patre... [Dnica Palmarum] [Aneks II.5.1.]

Fratres karissimi. – Videtis ad oculum, quam valde tempore est, si non surgat... – Christus surrexit etc. [Rom 6, 4]. – Sed quia inter alia suscitacionis mortui signum vere suscitacionis est incipere loqui, uti patuit in illo adolescente... Christus zmartwich fstal gest... – In cuius cantilene verbis primo supponitur Christi resurreccio... ><... possemus habere per gratiam et post per gloriam, que erit gracia consumata. Ad quam... [De resurrectione Dni, 2] [Aneks II.5.1.]

Fratres karissimi. – Videtis vel saltem videre potuistis... Ioh. VIIIo [, 46]... – Quis ex vobis arguet me. – Sed ecce, karissimi, ut hic Glossa intelligere innuit... – Considera humilitatem ipsius Domini nostri Iesu Christi, qui ponit se in discussione servorum... ><... sine fine victuri et gavisuri sequeremur. Cuius vite per passionem suam Dominus noster Ihesus Christus faciat nos participes, qui cum Patre... [Sermo 2 in Dnica 5 in Quadrages.] [Aneks II.5.1.]

Fratres karissimi. – Vos, qui precedenti dominico die hic vel alibi fuistis, cum leccio sancti ewangelii legeretur... Luc. XIIIo [, 16]... – Homo quidam fecit cenam. – Sed quia, ut dicit beatus Gregorius Moraliū libro XVIo: Sepe cum eloquiis sacris intendimus... – Homo iste secundum Thomam in aggregatis post Cirillum Deus Pater est... ><... ut sic ad eternum convivium pervenire possemus concedente Ihesu Christo Filio Dei, qui cum Patre... [Dnica 2 post Trinit.?] [Aneks II.5.1.]

Fratres karissimi. – Vos, qui tempore sacri ieiunii sermonibus interfuistis... Marci XVIo [, 1]... – Maria Magdalena et Maria Iacobi. – Sed, si illa mulier, de qua Luce XVo, inveniens dragmam... – Cum iuxta Sedulium carnis paschalis post tristia sabbati felix cepit irradiare dies... ><... in beatitudinem eternam transvolabimus. Quod nobis... [De Resurrectione Dni, 1] [Aneks II.5.1.]

Fratres mei et domini. – Beatus Ieronimus scribens Super Micheam prophetam, libro IIo, inter cetera scribit... Luc. XV [, 1]... – Erant appropinquantes etc. – Sed ecce alii, ut audistis, appropinquant ad Ihesum ut publicani... – Dicitur igitur: Erant appropinquantes non solum corpore, sed etiam corde... ><... gaudent de

- penitencia peccatorum. Ad quod gaudium ipse Christus pius Redemptor noster perducere nos dignetur...* [Dnica 3 post Trinit.] [Aneks II.5.1.]
- Fratres mei karissimi et pueri, quos dedit michi Dominus... Et ut scribit beatus Iohannes [6, 1]... – Abiit Ihesus trans mare. – Sed videmus ad sensum, quod si pueri aliquorum iam parentum ad convivia duci debite debent... – Ecce, karissimi, Christus dicitur abire trans mare, quia semper in transitu fuit... non sunt vituperandi, sive predicent Parisius, sive Prage, sive nostra Universitate Cracoviensi... ><... et demum per gloriam, que erit gracia consumata. Ad quam...* [Sermo 2 in Dnica 4 in Quadrages.] [Aneks II.5.1.]
- Fratres, debitores sumus... [Rom 8, 12]. – Gregorius IX Moralium dicit: Caro servanda est discretione magna... ><... hec enim est beata vita et non altera. Quam...* [Dnica 8 post Trinit.] [Aneks II.6.1.]
- Fratres. – Convenientibus vobis in unum... [1 Cor 11, 20]. – Hec solempnissima dies et quinta feria nuncupatur Cena Domini et tam ex parte Christi quam ex parte Ecclesiae... ><... nobile sacramentum digne percipit et gloriam eternam habebit. Quam...* [In Cena Domini] [Aneks II.6.1.]
- Fratres. – Estote factores verbi... [Iac 1, 22]. – Secundum sentenciam Salvatoris Luce XII [47], servus sciens voluntatem Domini... ><... ut gratiam acquiramus in presenti et in futuro beatitudinem eternam. Quam...* [Dnica 5 post Pascha] [Aneks II.6.1.]
- Fratres. – Hoc sentite in vobis... [Phil 2, 5]. – De turbis et pueris simplicibus Hebreorum et populi Israel, qui hodie processerunt obviam Christo... ><... id est in equalitate potestatis et deitatis natura. Ad quam...* [Dnica in Ramis] [Aneks II.6.1.]
- Fratres. – Non cessamus pro vobis orantes... [Col 1, 9]. – De quanto enim aliquis actus est nobilior et excellentior... ><... hanc felicitatem et collocationem propter sua magnam misericordiam nobis prestare dignetur Ihesus Christus, Dominus noster, Marie Virginis filius, qui est in secula seculorum benedictus, cui laus et potestas et claritas et gratiarum actio, qui affuit principio misericorditer medie et fine [!] liberaliter in secula seculorum. Amen.* [Aneks II.6.1.]
- Fratres. – Scriptum est, quoniam Abraham duos filios habuit etc. [Gal 4, 22]. – In precedenti feria sexta et sabbato ostendit nobis sancta mater Ecclesia maximum dampnum... ><... ut libertatem veram, que est vita eterna, consequamur. Quam...* [Dnica Letare] [Aneks II.6.1.]
- Fratres. Estote imitatores Dei... [Eph 5, 1]. – In precedentibus diebus monuit nos pia mater Ecclesia de operatione boni et declinatione mali... ><... quam beatitudinem non percipient nisi illi, qui ambulant sicut filii lucis. [Dnica 3 in Quadrages.] [Aneks II.6.1.]*
- Fratres. Rogamus et obsecramus in Domino Ihesu etc. [1 Thess 4, 1]. – Hec dominica convenienter precedenti correspondet, nam in precedenti dominica Apostolus hortatur nos... ><... et habundantiam gratiae acquiramus, ut gloriam eternam consequamur, quam nobis prestare dignetur Ihesus Christus. Amen.* [Dnica 2 in Quadrages.] [Aneks II.6.1.]

- Fuge in Aegyptum* [Mt 2, 13]. – *Circa fugam Christi duo in praemissis verbis nantur. Primo enim fuga praecipitur, cum dicitur: Fuge... Resistite ei fortes in fide. Ad quam nos juvare dignetur... Exemplum in promptuario cap. 2 D.* [De Innocentibus; Schneyer: Dnica 2 post Epiph. Dni] [Aneks II.7.2.]
- Fuit homo missus a Deo* [Io 1, 6]. – *In his verbis tria tanguntur, scil. praecursoris Domini natura... probatur fuisse missus a Deo. Fuit ergo missus.* [De s. Johanne Baptista] [Aneks II.7.2.]
- Fuit homo missus...* [Io 1, 6]. – *Magnum regem et imperatoris eterni filium unigenitum...* [In nativit. Dni, 6] [Aneks II.15.3.]
- Gaudeamus, quia venerunt nuptiae agni* [Apoc 19, 7]. – *In verbis istis agitur de nuptiis spiritualibus, quae fuerunt inter Christum et beatam Agatham... ><... non processit.* [De s. Agatha] [Aneks II.13.2.]
- Gaudete cum gaudentibus* [Rom 12, 15]. – *Duo festa colit pariter ecclesia, festum omnium sanctorum et omnium mortuorum... ><... sibi gratias agentem.* [In commemoratione omnium fidelium defunctorum] [Aneks II.13.2.]
- Gaudete et exultate, quoniam merces...* [Mt 5, 12; Lc 6, 23]. – *Merces ista, dilectissimi, quam se daturum... ><... gaudium dabitur sempiternum, ad quod nos perducatur etc.* [De octo beatitudinibus, 10; De martyribus] [Aneks II.15.6.]
- Gaudete in Domino* [Phil 4, 4]. – *In hac epistola invitatur nos apostolus ad gaudium spirituale. Et innuit nobis circa ipsum quattuor necessaria... Ad quam exultationem... nos perducatur gaudii auctor Jesus Christus...* [Dnica 4 Adv.] [Aneks II.7.1.]
- Gaudete in Domino* [Phil 4, 4]. – *In his verbis apostolus quattuor facit. Primo ad gaudium spirituale invitatur... iterum dico gaudete. Quod gaudium spirituale nobis praestare dignetur.* [Dnica 4 Adv.] [Aneks II.7.1.]
- Gaudete in Domino semper etc.* [Phil 4, 4]. – *In hac dominica, que vicinior est Nativitati Domini, agitur de adventu Christi... ><... in fide Ihesu Christi, que in nobis suam pacem concedat in secula seculorum. Amen.* [Dnica 4 Adv.] [Aneks II.6.1.]
- Gaudium est angelis Dei...* Luce XV [, 10]. – *Licet homo pro beneficio sue creationis multum deberet Deum diligere... – In quibus verbis hominis penitentia multum redditur commendabilis ex tribus... ><... tandem gloriam consequamur. Ad quam nos perducere etc.* [Dnica 3 post Pent.] [Aneks II.9.1.]
- Gavisi sunt discipuli viso domino Joh. vicesimo* [, 20]. – *Secundum testimonium beati Gregorii qui dicit: Dominus et redemptor noster... ><... regnat in dextera sui patris in celo. Ad quod nos.* [Dnica 1 post Pascha] [Aneks II.14.1.]
- Gavisi sunt discipuli...* Ioh. XX [, 20]. *Thema.* – *Hec dominica dicitur Reconciliationis, nam sicut in veteri lege per agnum pascalem reconciliabantur Domino... ><... iustus ex fide vivit. Ad quam vitam...* [Dnica 1 post Pascham] [Aneks II.3.1.]
- Genitum non factum, consubstantiali patri.* – *Quamvis, ut ait Augustinus, doctor excellentissimus...* [Sermo 12] [Aneks II.15.8.]

- Gloria in excelsis Deo, ubi supra. – Adest dies, dies venerabilis, plenus iocunditate... ><... Gloria in excelsis decantavit. Amen.* [Sermo 1] [Aneks II.15.9.]
- Gloria in excelsis Deo. – Qualis putamus, dilectissimi, est gloria Dei in excelsis... [Sermo 2] [Aneks II.15.9.]*
- Gloria in excelsis Deo. – Quamvis gloria Domini plena sit terra, magis tamen convenienter... [Sermo 3] [Aneks II.15.9.]*
- Glorificamus te. – Si ad creaturarum magnitudinem mentis oculos convertimus... [Sermo 10] [Aneks II.15.9.]*
- Gloriosa ergo Dei Genitrix de nobili prosapia, sicut dictum est, procreata, eciam in efficiencia nobilis apparebat, sicut supra tetigi. Nobiles enim effectus de se produxit... ><... nec fecunditas coniugatorum defecit etc.* [In Circumcisione BMV, 2] [Aneks II.11.2.]
- Gracias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. – Si omnis beneficiatus beneficiato ad reddendum gratiam pro gracia obligatur... [Sermo 11] [Aneks II.15.9.]*
- Gracias ago Deo meo... [1 Cor 1, 4]. – Graciarum acciones referre Deo non solum pro se sed eciam pro aliis... ><... Iudith VIII [13, 7]: Confirma me... opera manuum mearum. Hanc confirmationem nobis concedat Ihesus in secula benedictus. Amen.* [Dnica 18 post Trinit.] [Aneks II.6.1.]
- Gratia Dei sum id, quod sum [1 Cor 15, 10]. – Quia sicut vita, corporalis non est nisi ab anima, ita et vita spiritualis... verumtamen christianos profundius. Exemplum cap. 2 A.* [Dnica 11 post Pent.] [Aneks II.7.1.]
- Gratia Domini nostri Jesu Christi [2 Cor 13, 13]. – In his verbis apostolus duo facit. Primo enim beneficia sanctae trinitatis notificat... beneficia, quae apostolus Corinthiis exoptavit, in nobis percipere valeamus.* [De Trinit.] [Aneks II.7.1.]
- Gratias agentes Deo Patri [Col 1, 12]. – Licet de omnibus beneficiis Deo gratias agere debeamus triplex tamen beneficium in praemissis verbis tangit apostolus... quod est faciem Domini virtutum semper videre.* [Dnica 24 post Pent.] [Aneks II.7.1.]
- Gustate et videte, quoniam suavis est dominus, scribitur in Psalmo [33, 9]. – Qui vult de esca et cibo prudenter iudicare... [Dnica Pent.] [Aneks II.15.7.]*
- Habentes donaciones [Rom 12, 6]. – Quia fidelis anima non tantum offertur Deo ut hostia per baptismi sacramentum... ><... et humilitatem veneremur, ut exaltari mereamur in eterna gloria. Amen.* [Dnica post oct. Epiph. Dni] [Aneks II.6.1.]
- Habitu inventus est ut homo [Phil 2, 7]. – Deus ulcionum Dominus iam in fine seculorum... ><... honor et gloria per infinita secula seculorum. Amen.* [In Circumcisione Dni] [Aneks II.2.2.]
- Haec est voluntas Dei [1 Thess 4, 13]. – His verbis in sequentibus apostolus tria facit. Primo ostendit, quod per nostram munditiam Dei voluntatem adimplemus... vindex... multo gravior erit in futuro. Exemplum in promptuario cap. 1 A.* [Dnica 2 in Quadrages.] [Aneks II.7.1.]
- Hec dominica dicitur De passione Christi, quia ab hac die usque ad Parasceves recolit Ecclesia dominicam passionem... – Quis arguet me [Io 8, 46]. – Et ex hoc ewangelio duo colligo: primo Christi commendacionem, secundo nostram in-*

struccionem... ><... depositum meum servare in illum die [recte: diem], in qua scilicet remunerabit nos Deus premio. Quod... Pater. [Dnica 5 Iudica] [Aneks II.1.1.]

Hec dominica vocatur de rosis et rosea, eo quod Dominus duplicem facit consolationem suis fidelibus... – Iesus abiit trans mare Galilee... [Io 6, 1]. – Ex hoc ewangelio, ut mihi videtur, trium personarum Christus gerit officium, scilicet securissimi ductoris... ><... hos panes a Domino petimus in Oracione Dominica, quibus confirmati in vitam eternam valeamus pervenire. Quam nobis. [Dnica 4 Letare.] [Aneks II.1.1.]

Hec dominica vocatur Sexagesima, que incipit hodie et terminatur in feria 4ta Pasche. Sexagesimus autem numerus... – Cum turba plurima convenirent etc. [Lc 8, 4]. – Ex hoc ewangelio tria nota, scilicet preparacionem turbe docende et preparacionem doctrine... ><... non sic nos, sed seminemus bonum semen et metemus eternam beatitudinem. Quam nobis etc.[Sexag.] [Aneks II.1.1.]

Hec est dies, quam fecit Dominus... Psalmus CXVII [24]. – Hodiernum festum alia festa excellit triplici ratione: primo antiquitate, quia et in Veteri Testamento sollempne fuit... ><... epulabimur in presenti, cum eodem agno in futuro sine fine letabimur. Quod nobis prestare. [In die Paschae] [Aneks II.1.1.]

Hec mando vobis, ut diligatis invicem [Iob 15, 17]. – Quamvis sit fidei catholice facilis ad agendum professio... [De ss. Simone et Juda] [Aneks II.15.7.]

Hec mando vobis, ut diligatis invicem, Joh. XV c. [17]. – Quia apostoli sancti mittendi erant in mundum ad colligendum dispersa... ><... Hiere. XVIII: Numquid redditur pro bono malum. [De ss. Simone et Juda] [Aneks II.9.2.]

Heri celebravimus temporalem nativitatem sempiterni regis nostri... Ideo hodie legitur ewangelium, in quo tangitur de sancti Stephani martirio et lapidacione, quod scribitur Math. XXIII^o [34]: In illo tempore... — Ecce ego mitto ad vos prophetas... — Mox, ut Christus natus est, incepit nobis ostendere viam salutis... ><... quo ipse traxit hostes in vitam eternam. Ad quam nos... [De s. Stephano] [Aneks II.3.2.]

Herodes misit et tenuit Johannem, Mt VI [17] [lub: Herodes metuebat Joannem – Mt 6, 20]. – Volens ewangelista texere hystoriam de decollatione Johannis Baptiste premitit quod referentibus aliis Christum esse Eliam... [In decollatione Johannis Baptistae] [Aneks II.8.2.]

Hesterna die audivimus, quomodo Deus dilexit mundum, ut Filium suum daret etc., hodie Filius ostendit... – Amen, amen dico vobis, qui non intrat... [Io 10, 1]. – In hoc ewangelio Dominus ostendit ovile, pastorem hostium et oves. Circa primum noto triplex ovile, scilicet Ecclesiam militantem... ><... Io. XIII [3]: Iterum autem veniam et accipiam vos ad me ipsum, ut ubi sum et vos sitis. Quod nobis. [Fer. 3 Pent.] [Aneks II.1.1.]

Hic est discipulus ille quem diligebat Ihesus Christus. Jo. XXII [21, 7?]. – Hic videndum est de sex, primo que fuit huius dilectionis causa, secundo que fuerunt signa, tertio quomodo hec dilectio fuit vera... >< ... sequentes eum in exemplo

- castitatis, possidebimus vitam eternam. Ad quam nos perducat pater et filius et spiritus sanctus. Amen.* [De s. Iohanne ev. – tylko inkun.] [Aneks II.9.2.]
- Hic est discipulus ille... Ioh. ultimo [21, 24]... – In quibus verbis tria tanguntur, propter que commendatur beatissimus discipulus Iesu Christi, scilicet scilicet [!] premittitur eius condicio celsa et nobilis... ><... ad glorie mee consortium transferam veniam et a laboribus eius digne remuneracionis premium reddam. Quod nobis etc.* [De s. Iohanne ap. 2] [Aneks II.1.2.]
- Hic iam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. 1 Ad Cor. III [, 2]. – Cum homo sit dignissima creaturarum... [Dnica 4 Adv.] [Aneks II.15.7.]*
- Hic peccatores recipit Luc. XV° [, 2]. – Adam prothoparens noster prout ex Genesis probatur testimonio... ><... configuratum corpus sue. Ad quam caritatem nos perducat. [Dnica 3 post Pent.] [Aneks II.2.2.]*
- Hic peccatores recipit. Luce XV° [, 2]. – Sicut dicit Augustinus, Super Iohannem, attulit Christus veritatem ut doctor... – In verbis istis fit mencio de triplici persona, scilicet qui ea dixerunt... ><... et in futura luce per gloriam. Quam nobis. [Dnica 3 post Pent.] [Aneks II.9.1.]*
- Hic peccatores recipit... Luc. XV° [, 2]... – Dicit Aristoteles in Libro animalium: Aquila est valde acuti visus... ><... constat Ecclesia in celo triumphans et hec est via verior et probabilior. [Dnica 3 post Pent.] [Aneks II.3.1.]*
- Hic venit in testimonium... [Io 1, 7]. – Altissimus dominus Deus omnipotens et eternus sibi per se sufficiens... [In nativit. Dni, 7] [Aneks II.15.3.]*
- Hii duo filii nostri. Mt. XX [, 21]... – Hodie, electi, sancta mater Ecclesia recolit festum Iacobi apostoli, quod celebratur VIII° Kalendas Augusti. Pro quo et ad eius laudem assumpsi verba... ><... et letantur in Domino Deo suo, Ioelis Ito [, 23], in regnum celorum sine fine. Quod nobis concedere dignetur. [De s. Iacobo ap. 2] [Aneks II.1.2.]*
- Hoc enim sentite in vobis [Phil 2, 5]. – Apostolus in his verbis duo facit. Innuit enim Christi quam sensit passionem et hortatur ad eiusdem imitationem... compati-mur in praesenti conregnabimus in futuro. [Dnica 2 in passione Dni = Dnica in palmis] [Aneks II.7.1.]*
- Hoc est praeceptum meum [Io 15, 12]. – In his verbis Dominus sicut apostolos ita nos hortatur ad proximi dilectionem ex triplici debito, videl. ex debito praecepti... quia hic inchoatur et in futura vita consummatur. [De s. Bartholomaeo] [Aneks II.7.2.]*
- Hoc est preceptum meum ut diligatis invicem [Io 15, 12]. – Hic ostendit Dominus, que sunt precepta eius et primo proponit, quod sit preceptum suum, secundo in exemplum... [De Apostolis] [Aneks II.8.2.]*
- Hoc est preceptum meum ut diligatis invicem Iohannis XV° – Thare septuaginta annorum fuit quando genuit Abraham... ><... et super ea ecclesiam misericordie magnitudinis fabricavit. Rogente domino nostro Iesu Christo. [De ss. Simone et Iuda] [Aneks II.2.1.]*
- Hoc est preceptum meum, ut diligatis invicem. Iohannis XV [, 12]. – In hoc ewangelio principaliter nobis Christus declarat tria. Primo dicit et declarat dilec-*

cionem... ><... portans manipulos suos, scilicet in vitam eternam. Cuius nos participes... [De ss. Simone et Juda] [Aneks II.3.2.]

Hoc est preceptum... Iohannis XV [, 12]. — Pius et misericors Dominus Christus, Deus noster dat discipulis et ipsorum sequacibus de dilectione mutua preceptum... ><... quibus successit celestis mansio, segura patria totum continens, quod delectat. Quam nobis prestare dignetur... benedictus. Amen. [Commune sanctorum] [Aneks II.15.1.]

Hoc oro ut caritas vestra [Phil 1, 9]. — In verbis istis pro nobis apostolus exorat, ut in salubri abundantia scil. Gratiae abundemus... [Prv 1, 33] dicitur: Et abundantia perfruetur. Ad quam... [Dnica 22 post Pent.] [Aneks II.7.1.]

Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Ihesu... Ad Phil. II [, 5]. — Wigo dicitur, quod dum caput languet, cetera membra dolent... [In Ramis Palmarum, 3] [Aneks II.15.7.]

Hoc vobis signum [Lc 2, 12]. — Ad manifestandam Christi nativitatem legimus ipso die nativitatis ostensa plura signa... [Lc 21, 29] Ego dispono vobis... in regno meo. Ad quod... [In Nativit. Dni] [Aneks II.7.1.]

Hodie agitur memoria illius diei, in qua crux Christi de visceribus terre revelata fuit et extracta misterio, et impulsu Helene regine... ><... quoniam ipsi consolabuntur. Quam consolacionem nobis concedat Ihesus Christus. Amen. [In inventione s. Crucis] [Aneks II.11.2.]

Hodie celebramus beati Iohannis, Baptiste Christi, nativitatem in mundum... quod scribitur Luce I^o [, 57]: — Elisabeth impletum est tempus pariendi... — Presens ewangelium primo describit Iohannis Baptiste nativitatem mirabilem... ><... et dare animam suam in redempcionem pro multis et ad omnium salutem. Cuius salutis nos... [De s. Ioanne Baptista 1] [Aneks II.3.2.]

Hodie celebramus diem precelse Virginis Marie Genitricis Dei... salutans eam humiliter angelica salutacione dicens: Ave Maria... In illo tempore. — Intravit Ihesus in quoddam castellum... Luce X^o [, 38]. — Ewangelium hoc, quamvis non videatur convenire Beate Virgini Marie... ><... Omnisque creatura lauda Creatoris Matrem super omnem creaturam exaltatem in gloria celesti. Cuius nos participes... [In Assumptione BMV 1] [Aneks II.3.2.]

Hodie celebramus diem sancti Mathie apostoli... [f. 175r]... ut testatur ewangelium hodiernum, quod de ipso legitur Math. XI [, 25]: — Confitebor tibi, Domine... — Ewangelium tria narrat: Primo responsionem Cristi ad quandam dilatacionem [!] fieri possibilem... ><... quia iugum Domini tulit, ut habetur in eius legenda. [De s. Matthia] [Aneks II.3.2.]

Hodie celebramus festum Ascensionis Domini nostri Ihesu Christi... scribitur Marc. ultimo [16, 14]: In illo tempore. — Recumbentibus undecim discipulis... — Consueverunt principes iterum ad regiones longinquas suis capitaneis et officialibus fidelibus committere terras suas... ><... ubi et nos mercedis nostre recipiemus honorem. Quod nobis concedere... [In Ascensione Dni] [Aneks II.3.2.]

Hodie celebramus natale beatissimi Laurentii martiris, cuius martiris tanta gloria extitit... [f. 247r]... sicut hodiernum testatur ewangelium Ioh. XII [, 24]. In illo

tempore... — Amen, amen dico vobis, nisi granum... — Gregorius in omelia vigilie dicit: Quia Dominus et redemptor noster novus homo venit in mundum... ><... nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Ad que nos... Hic nichil deficit. [De s. Laurentio 1] [Aneks II.3.2.]

Hodie celebramus sollemnem diem precelse Dei genitricis Virginis Marie... quod scribitur Luce IP [, 22]: — Postquam impleti sunt etc. — Excellenciam et magnitudinem festivitatis hodiernae debemus considerare ex tribus... ><... ut filii lucis simus et perveniamus ad patriam claritatis eterne. Quam nobis concedat... [In purificatione BMV] [Aneks II.3.2.]

Hodie cum magna iocunditate festum celebrare debemus Visitacionis Sancte Marie... quod scribitur Luce I° [, 39]: In illo tempore. — Exurgens Maria... Salutetur Virgo Maria. — Ad intelligendum ewangelium dicit Augustinus [recte: Anselmus] in libro Cur, quomodo et quando Deus homo capitulo X°... Sequitur 2^a pars. Et introivit in domum Zacharie et salutavit Elizabet. Salutavit quidem, sed nescimus quibus verbis... ><... qui coronis perhennis regni clarificat sanctos suos, qui est eterna salus omnibus sanctis eius. Cuius salutis nos... [De visitatione BMV] [Aneks II.3.2.]

Hodie fit processio generalis, que significat processionem illam, quam beata Virgo, Ioseph, Symeon et Anna in templum fecerunt... — Homo erat in Hierusalem, cui nomen erat Symeon... [Lc 2, 25]. — Et quia mee intencionis est de expositione cantici Symeonis aliquam [!] dicere, quia, ut dicitur Eccli XV [, 9]: Non est speciose [!] laus in ore peccatoris, ideo Lucas commendat ipsum Symeonem... ><... et universali Ecclesie de hostibus victoriam, ideo subditur: Tu nos ab hoste protege, in hora mortis suscipe. Quod nobis... Amen. [De Purificatione BMV 3.] [Aneks II.1.2.]

Hodie omnes creature gavise sunt: primo superiores sicut sol, qui, ut arbitror, in hac die Resurreccionis solito clarior erat... — Duo ex discipulis... [Lc 24, 13]. — Ex hoc ewangelio invitamur ad quatuor: ad devotam de Christo locucionem, ibi: Et ipsi loquebantur, ad attentam Verbi Dei audicionem... ><... nam quitquid Christi pauperibus facimus, ipse reputet sibi fieri, Mt. XXVto [, 40]. Quam si fecerimus, vitam eternam obtinebimus. Ad quam etc. [Fer. 2 Paschae] [Aneks II.1.1.]

Hodie peragimus diem dedicacionis... est ewangelium hodiernum, quod scribitur Luce XIX° [, 1]: In illo tempore. — Egressus Ihesus perambulabat Yericho etc. — Ewangelium istud legitur in dedicacionibus ecclesiarum propter hoc, quia in eo fit mencio de domo... ><... sequitur beatitudo patrie regni celestis. Cuius nos participes... [In dedicacione eccl.] [Aneks II.3.2.]

Hodie peragimus diem sancti Marci, qui fuit cancellarius Filii Dei... ><... ex ipsius passione lucidius claret, quam pro secunda parte sermonis edicere. [De s. Marco] [Aneks II.3.2.]

Hodie peragimus diem sancti Marci, qui fuit cancellarius Filii Dei... ><... ex ipsius passione lucidius claret, que in passionali continetur de verbo ad verbum. [De s. Marco ev.] [Aneks II.3.3.]

- Hodie peragimus passionem Domini nostri Ihesu Cristi... Sicut testatur ewangelium hodiernum... Ioh. III^o [, 1]: — Erat homo ex phariseis etc. — Scribitur Lev. sexto [, 2], quod Dominus precepit Iudeis per Moysen... ><... ut intremus in gloriam eius. Cuius nos participes... [De inventione s. Crucis] [Aneks II.3.2.]*
- Hodie salus domui huic facta est [Lc 19, 19]. — Triplex domus Dei tangitur in hodierno ewangelio et officio, cui salus facta est, videl. domus singularis, quae est virgo Maria... Rogemus Dominum, ut iusti inveniamur, quod per eam intrare possimus. [In dedicatione eccl.] [Aneks II.7.3.]*
- Hodie sancta mater Ecclesia digne et laudabiliter peragit sollennitatem Divisionis duodecim apostolorum... De quorum divisione scribit sanctus Lucas ewangelium IX^o cap. [, 1]: In illo tempore. — Convocatis Ihesus XII discipulis etc. — Scribitur Genesis XLII^o [, 23]: XII fratres uno patri geniti sumus... ><... quod vult omnes homines salvos fieri et ad cognicionem sui nominis pervenire. Cuius nos participes etc. [De divisione app.] [Aneks II.3.2.]*
- Hodie singulari devocione nec non spirituali gaudio et exultacione... [f. 229r]... — Erit tibi gaudium et exultacione... scribit beatus Lucas hodiernum ewangelium capitulo I^o, ubi supra [, 14]. — Et de eius nativitate idem Lucas eodem capitulo, ut supra... ><... inter omnes sanctos est exaltatus in regno celorum. Ad quod nos... [De s. Ioanne Baptista 2] [Aneks II.3.2.]*
- Hodie sollenniter et gaudiose celebrat Ecclesia festum Nativitatis Marie... et ergo de Virgine gloriosa sic canit Ecclesia: — Tota pulcra es amica mea... [Ct 4, 7]. — Quod verbum recepit de laudibus Salomonis, quod scribitur in multis locis suorum Cantorum... Secunda pars sermonis. Pro verborum thematis evidencia clariori parum... ><... et celestis potestatis amirantur in celis a dextris Filii sui residentem. Cuius nos participes... [In Circumcisione BMV 1] [Aneks II.3.2.]*
- Hodierna die, dilectissimi fratres, agimus festum Visitacionis Marie Virginis gloriose, in quo ipsa dignata est Elisabeth sterilem et Iohannem in utero eius habitantem visitare... — Magnificat anima mea Dominum. Luc. I [, 46]. — Quod canticum proposui, quantum vires suppetunt exponere ad laudem gloriose Virginis, nec non ad nostram instruccionem... ><... et videbimus et gaudebimus in visione Dei Patris et Filii, et Spiritus Sancti, et in vultu gloriose Virginis Marie. Quo nos perducatur Ihesus Christus. [De Visitatione BMV 3] [Aneks II.1.2.]*
- Hodierna dies habet nomen speciale, quale numquam ante nec post habuerit, nec post habitura est aliqua dies. Dicitur enim Cena Domini... ><... fidem munit fomitemque remittit. Conclusio autem seu fnis formetur secundum congruitatem etc. [De Cena Dni] [Aneks II.3.3.]*
- Homines huius seculi, videtis, quomodo libenter vadunt ad processiones bonas... Mt. XXVIIo [21, 1]... — Cum appropinquaret Dominus... — Sed ecce in hac leccione audistis, quod apostolis solventibus pullum... — In qua leccione sancti ewangelii spiritualiter possumus notare sex condiciones... ><... et faciem tuam in iubilo videbimus, scilicet in vita eterna. Ad quam... [Sermo 3 in Dnica Palmarum] [Aneks II.5.1.]*

Homo quidam descendebat [Lc 10, 30]. – In hac parabola duo principaliter designantur, videl. peccatoris miseria et Salvatoris misericordia... quia qui bene praesunt duplici honore digni sunt. [Dnica 13 post Pent.] [Aneks II.7.1.]

Homo quidam descendit ab Hierusalem... [Lc 10, 30]. – Ex his verbis ewangelii colligo VII mala, que accidunt ei, qui per peccatum mortale a Deo recedit... ><... Deutero. IIII [7]: Non est tam grandis nocio [!], que habeat deo [!] appropinquantes sibi, ut nobis etc. Quod nobis etc. [Dnica 13 Trinit.] [Aneks II.1.1.]

Homo quidam erat dives... Luc., ubi supra. – Ex hoc ewangelio secundum Gorraram IIIIor noto: primo officium, secundo officii periculum... ><... et nunc Domino de factis nostris, de cogitationibus et de locucionibus rationem reddamus, penitentiam agentes, ut vitam eternam consequamur. Quam. [Dnica 9 Trinit.] [Aneks II.1.1.]

Homo quidam erat dives qui habebat villicum, Luce XVI [1]. – Carissimi, propheta Dei David loquens in psalmo ad deum... ><... in eterna tabernacula gaudii celestis suffragiis suis. Quod nobis pyus pater dignetur. [Dnica 9 post Pent.] [Aneks II.14.1.]

Homo quidam erat dives. Luce XVI [1]. — Secundum Augustinum in libro L homiliarum, omelia XXXI, si sol bonis daretur, aurum et argentum recte putaretur... ><... qui post labores, tribulationes huius mundi et pressuras consequi valeatis. Quod nobis prestare dignetur... benedictus. Amen. [Dnica 1 post Trinit.] [Aneks II.15.1.]

Homo quidam erat dives. Luce XVI [1]. – Legitur in Naturalibus rerum, quod leucrodyia est animal in India habens vocem humanam, ymaginem azini... ><... ut Dominus Deus per eorum scilicet pauperum suffragia dignetur nos ad vitam eternam suscipere. Ad quam... Spiritus Sanctus. Amen. [Dnica 9 post Trinit.] [Aneks II.4.1.]

Homo quidam erat dives. Luce XVIo [1]. – Sciendum, quod Sacra Scriptura divinitus inspirata non solum bonorum acciones ad imitandum commemorat... ><... et predixit appropinquacionem regni celorum. Quod nobis concedat Ihesus Christus in secula etc. [Dnica 1 post Trinit.] [Aneks II.11.1.]

Homo quidam erat dives. Luce XVIo [1]. – Sic potest introduci: Si dominus alicui servitori suo committit aliquem thesaurum magni valoris... ><... id est in celum per merita et suffragia pauperum. Quod nobis concedat etc. [Dnica 9 post Trinit.] [Aneks II.11.1.]

Homo quidam erat dives... Luce XVI [1]. — Redemptor noster amandus nunc verbis, nunc exemplis ad superna querenda nos trahens... ><... quorum presidio ad eterna thabernacula poterit convolare. Quod nobis prestare dignetur Christus per secula benedictus. Amen. [Dnica 9 post Trinit.] [Aneks II.15.1.]

Homo quidam erat dives... Luce XVI [19]. – Si diligenter considerare volumus, fratres karissimi, mundane glorie vanam excellenciam... – In quibus verbis tria de istius divitis vita reproba et nephanda proponuntur... ><... ut cum eo epulari possimus imperpetuum in patria celesti. Ad quas epulas nos perducere dignetur etc. [Dnica 1 post Trinit., 1] [Aneks II.9.1.]

- Homo quidam fecit cenam magnam* [Lc 14, 16]. – *Cena haec secundum sanctos est societas aeternae dulcedinis, post quam prandium vela alia refectio non sequitur... Quid existis in desertum videre. De istis tribus etiam habetur exemplum in promptuario cap. 6 K.* [Dnica 2 post Pent.] [Aneks II.7.1.]
- Homo quidam fecit cenam magnam. Luce XIIIo* [, 16]. – *Legitur in Proprietatibus rerum, quod elephantis natura multis modis describitur. Primo est animal ingens inter omnia animalia, vivit enim tricentis annis... ><... semper simus proni, per bona opera incipientes facere non deficiamus, per que ad illam cenam immortalem pervenire possumus, adiuvante Domino Ihesu Christo, qui vivit et regnat.* [Dnica 2 post Trjnit.] [Aneks II.4.1.]
- Homo quidam fecit cenam magnam. Luce XIIIo* [, 16]. *Et continuatur sic supra eodem capitulo. Dixit Ihesus: – Cum facis prandium aut cenam... [Lc 14, 12-15]. – Et iste dedit occasionem Christo, ut loqueretur de regno Dei... ><... cum prudentibus admittamur in requiem sempiternam. Ad quam... [Dnica 2 post Trinit.] [Aneks II.11.1.]*
- Homo quidam fecit cenam... Luc. XIII* [, 16]. – *Attendamus, dilectissimi, benignitatem et misericordiam redemptoris... [Dnica 2 post Trinit.] [Aneks II.15.7.]*
- Homo quidam fecit cenam... Luc., ubi supra.* – *Ex hoc ewangelio noto triplicem cenam, scilicet doctrina ewangelica, que manducatur in stolis [!], sacrosancta Eukaristia, que manducatur in ecclesiis... ><... que ad meliorem compellit, ut ait Augustinus, et ad cenam eternam invitat. Ad quam... Amen. [Dnica 2 Trinit.] [Aneks II.1.1.]*
- Homo quidam fecit cenam... Luce XIII* [, 16]. – *Dei Filius, qui lucem habitat inaccessibleem, Deus de Deo genitus, homo pro nobis factus... ><... non infirmitas, sed summa iocunditas, felix libertas, felix beatitudo et vita eterna. Ad quam nos perducatur. [Dnica 2 post Trinit.] [Aneks II.15.1.]*
- Homo quidam fecit cenam... Luce XIII* [, 16]. – *Quoniam, ut ait beatissimus Bernardus in libro De diligendo Deum, c. V, Deus omnia fecit propter semetipsum... – In quibus verbis tria proponuntur, que cenam magnam Dei commendant... ><... sed ad cenam perpetuam properemus. Ad quam nos etc. [Dnica 2 post Pent.] [Aneks II.9.1.]*
- Homo quidam fecit coenam magnam* [Lc 14, 16]. – *In verbis istis duo possunt notari: Primo magna Dei largitas, secundo rusticitas eorum... ><... rusticitas eorum. [Dnica 2 post Pent.] [Aneks II.13.1.]*
- Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam, Luce XIX* [, 12]. – *Gorra: Homo quidam nobilis, hic ponitur parabola in qua... [De confessoribus] [Aneks II.8.2.]*
- Homo quidam nobilis abiit in regionem lonquinquam Luc. XIX.* – *Tremuth filia regis pharaonis tulit Moysen de aqua... ><... nobis conferat Christus remissionem omnium peccatorum. Amen. [De s. Nicolao] [Aneks II.2.1.]*
- Homo quidam peregre proficiscens, Mt 25* [, 14]. – *Gorra post instructionem prelatorum sub parabola servorum et instructionem contemplativorum sub parabola virginum... [De confessoribus] [Aneks II.8.2.]*

- Homo sanctus in sapientia permanet... Eccl. XXVII [, 12]. – Quod sapientia sit speciosior sole... [De s. Iacobo] [Aneks II.15.7.]*
- Honora medicum propter necessitatem [Eccli 38, 1]. – Cum in multas necessitates Constantinus imperator incidisset... ><... a Christo vitam aeternam. [De s. Silvestro] [Aneks II.13.2.]*
- Hora est [Rom 13, 11]. – Mos est bonorum negotiatorum ut cum quis de ipsis lucrum magnum alicuius regionis ignote expertus est... Hora est... [Dnica 1 Adv.] [Aneks II.7.1.]*
- Hora est iam de sompno surgere Ad Romanos XIII [13, 11]. – Sicut legitur in libro Judith quod Zizarra fugiens hostes... ><... ipso perfrui in regno eterno. Ad quod nos perducatur. [Dnica 1 Adv.] [Aneks II.2.2.]*
- Hora est iam nos de sompno surgere, Ad Romanos decimo tercio [, 11]. – In libro Iudicum legimus de quodam milite cui nomen Zizara... ><... donet nobis gratiam in presenti et gloriam in futuro. Ad quem nos perducere dignetur etc. Amen. [Dnica 1 Adv.] [Aneks II.14.1.]*
- Hora est iam nos de sompno surgere. Ad Rom. XIII [, 11]. – Tripliciter, karissimi, quis reperitur vivere in scripturis... ><... et fac bonitatem et secum habitabis in seculum seculi; quod nobis|| [Dnica 1 Adv.] [Aneks II.15.7.]*
- Hora septima reliquit eum febris. Ioh. VIII [, 52]. – Dominus ac redemptor noster, spes et refugium omnium in se sperantium et salvator... [Dnica 21 post Trinit.] [Aneks II.15.7.]*
- Hortamur vos ne in vacuum [2 Cor 6, 1]. – Est gratia quadruplex, quae in vacuum accipitur a peccatoribus, gratia creationis... Major est nostra iniquitas quam ut veniam mereamur. [Dnica 1 in Quadrages.] [Aneks II.7.1.]*
- Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis... [2 Cor 6, 1]. – In hac epistola advenerunt nobis dies penitentiae, quos observare debemus... ><... erimus utique consortes suorum eternorum premiorum, quae nobis concedat, qui sine fine vivit et regnat. Amen. [Dnica in Quadrages.] [Aneks II.6.1.]*
- Hos XII misit Jesus precipiens eis et dicens [Mt 10, 5]. – Hec facta sunt in primo anno predicationis Christi [in fine scilicet predicationis] secundum Sighardum, quando fecit sermonem in monte Tabor... [De ss. Simone et Juda] [Aneks II.8.2.]*
- Humanum dico propter infirmitatem... [Rom 6, 19]. – Caro enim nostra in principio creationis fuit fortis, sana, congruens et obediens anime... ><... Beatus Augustinus in Alchiridion [!] dicit: Sola gracia discernit electos a perditis... Rogemus ergo Dominum Ihesum Christum, ut sua gracia nobis vitam eternam concedat. Amen. [Dnica 7 post Trinit.] [Aneks II.6.1.]*
- Humiliamini igitur... [1 Pe 5, 6]. – Videmus enim, fratres karissimi, in hac machina mundiali, quod quantum est circumferentia minor... ><... ut ei semper obediamus in secula consecutiva seculorum, id est in eternum et sine fine amen, id est ita fiat et est confirmatio predictorum. [Dnica 3 post Trinit.] [Aneks II.6.1.]*
- Humiliamini sub potenti manu Dei [1 Pe 5, 6]. – In his verbis beatus Petrus duo facit. Primo monet ad meritoriam humilitatem [Ct 2, 6]... et dextera illius amplexabitur me. Ad quae... [Dnica 3 post Pent.] [Aneks II.7.1.]*

Humiliamini sub potenti manu Dei, I Petri ultimo [, 6]. – *Carissimi, Thobias vir dei docens filium Thobii... ><... et gloria in secula seculorum. Amen.* [Dnica 3 post Pent.] [Aneks II.14.1.]

Hydropicus erat ante illum [Lc 14, 2]. – *Notandum sicut Dominus olim corporaliter hydropicum curavit, sic etiam nunc cotidie curat spiritualiter... Rogemus et nos Dominum, ut... praedicto modo ab ipso sanemur.* [Dnica 17 post Pent.] [Aneks II.7.1.]

Iacob autem abiit itinere fueruntque ei obviam angeli Dei. Gen. XXXIIo [, 1]. – *Ex hiis verbis pro recomendacione sancti pro themate assumptis nota, quod sicut patriarcha Iacob cepit de peregrinatione iter... et prius adhesit ei, quod Romana servat Ecclesia, ut singuli ordinibus suis priores sunt prius ordinati.* [De s. Iacobo ap. 1] [Aneks II.1.2.]

Iacob dilexit, Esau autem odio habuit [Mal 1, 2]. – *Ista verba licet dicantur de Iacobo et Esau, possunt tamen exponi de beato Iacobo apostolo... ><... miraculis claruit.* [De s. Iacobo] [Aneks II.13.2.]

Iam Ecclesia sancta hodie commemoratur passionem Domini, quia heri in vespers, matutinis et hodie in missa... – Quis arguet me... – Sed notandum, quod aliud est simpliciter peccatum imponere et aliud peccatum arguere. Primum est ex calumpnia... ><... qui verba Dei dedignatur audire, quomodo precepta Dei adimplebit, qui ea audare [!] contempnit. [Dnica 5 Iudica] [Aneks II.1.1.]

Iam ista dominica dicitur florida vel kwethna, tum quia Ecclesia memoratur in processione sollempni... – Cum appropinquasset Iesus Ierosolymis... Mt., ubi supra [21, 1]. Ex hoc ewangelio noto tres partes: primo antecedencia missionum, que in parte sunt sancte... ><... in cruce positus duriora sentiret tormenta, quibus blandimentis legitur ewangelium pre sens. [Dnica Palm.] [Aneks II.1.1.]

Iam non estis hospites et advene sed estis cives sanctorum et domestici Dei. Ad Ephes. II^o [, 19]. – Quando aliquis aliquem vult commendare tunc auffert ab eo omne illud quod est inutile... ><... sed cives sanctorum et domestici Dei, qui est benedictus in secula seculorum. Amen. [De Apostolis] [Aneks II.8.1.]

Ibant duo ex discipulis Ihesu. Luce ultimo [24, 13]. – *Rabanus in Libro rerum dicit, quod griffo avis est corpore magnus, ita ut armatos in prelio superat... ><... prebete modo peregrino Christo hospicjum, ut in iudicio non quasi peregrinos vos nesciat, sed ut ipsos suscipiat ad regna celorum etc.* [Fer. 2 Paschae] [Aneks II.4.1.]

Ibat Ihesus in civitatem, quae vocatur Naim [Lc 7, 11]. – *In hoc ewangelio tria possunt notari: primo quid per hunc mortuum, qui de civitate portabatur, significetur... ><... visionis Dei.* [Dnica 16 post Pent.] [Aneks II.13.1.]

Ibat Ihesus in civitatem. Luce VIIo [, 11]. – *Legitur in Naturalibus rerum, quod salena est animal satis consimile asino, quod nascitur in remotis partibus orbis... ><... visitare voluit personaliter cum hominibus conversando. Quam visitacionem ostendat nobis in presenti per gratiam et in futuro per gloriam. Quod no bis... Spiritus Sanctus. Amen.* [Dnica 16 post Trinit.] [Aneks II.4.1.]

- Ibat Ihesus in civitatem... Luce VII [, 11]. — Secundum Augustinum [recte: Anselmum] in libro Cur, quando et quomodo Deus homo, capitulo VII, hostis antiquus omnes ante Salvatoris adventum ita suos arbitrabatur... ><... ut ad ipsum residentem in dextera Patris pervenire valeamus. Quod nobis concedat... benedictus. Amen. [Dnica 16 post Trinit.] [Aneks II.15.1.]*
- Ibat Ihesus in civitatem... Luce VIIo [, 11]. — Cyrillus supra eodem capitulo: Dominus rogari voluit et illuc venire promisit... — Ibat in civitatem... — Et, ut dicit di [!] ad litteram Beda, Naym est civitas Galilee... ><... pro utilitatibus nostris occurrat. Quod nobis concedat Ihesus etc. [Dnica 16 post Trinit.] [Aneks II.11.1.]*
- Ibat Jesus in civitatem Luce VII^o [, 11]. — David propheta sanctissimus dum exigente male peccaminum puniretur a Domino... ><... Ab hanc civitate dampnatorum nos eripiat qui regnat per omnia secula seculorum. Amen. [Dnica 16 post Pent.] [Aneks II.2.2.]*
- Iesu preceptor... Luc. XVII [, 13]... — Dicunt naturales: Corvus est avis immunda... ><... et vade de virtute in virtutem, quia fides tua te salvum fecit. Deo gracias. [Dnica 14 post Pent.] [Aneks II.3.1.]*
- Ignem me examinasti. Ps. XVI [, 3]. — Verba assumpta ad honorem Omnipotentis et recomendacionem martiris beatissimi Laurentii, cui congruunt apertissime... ><... beatus Laurentius, qui receptus est per manus pauperum, ymmo verius angelorum ad regnum celorum. Quod nobis etc. [De s. Laurentio 1] [Aneks II.1.2.]*
- Illa, quae sursum est Jerusalem [Gal 4, 26]. — Dominica haec septima est ab illa, qua incepit planctus vel miseria humana... Is. ult. Quomodo si cui mater blandiatur. [Dnica 4 in Quadrages.] [Aneks II.7.1.]*
- Illa, quae sursum est Jerusalem [Gal 4, 26]. — Quando aliquis ultra mare est vel alias in exilio libenter bona de terra sua audit... et nos eam diligere debeamus. Adapta. [Dnica 4 in Quadrages.] [Aneks II.7.1.]*
- Ille testimonium perhibebit... Iohannis XV [, 26]. — Sicut dicit Robertus Holgot, Super librum Sapiencie, c. IX: Licet ex cognicione creaturarum assurgere... — Circa istam materiam de tribus videndum est, secundum quod tria tanguntur in verbo proposito... ><... perhibebit de me, pro quo accipiet et coronam vite eterne. Ad quam nos perducatur per etc. [Dnica infra oct. Ascensionis Dni, 2] [Aneks II.9.1.]*
- Illi autem homines, cum vidissent, quod fecerat Jesus signum [Io 6,14]. — Ex his verbis ostendit evangelista, quod isti homines tria de Salvatore nostro recognoscunt, videl. potestatem... Quare autem venerit in munduru... require in I^a Dnica advent. in sermone: Ecce rex tuus venit tibi. Et alii plures in media Quadragesima. Exemplum in promptuario cap. 10 F. [Dnica 25 post Pent.] [Aneks II.7.1.]*
- Imitatores mei estote... [Phil 3, 17]. — Virtuosi et caritativi hominis est exhortari ad virtutes... ><... et Dominum Deum in nobis habitare facimus. Hoc ipse nobis concedat. Qui... [Dnica 23 post Trinit.] [Aneks II.6.1.]*
- Impleti sunt dies octo, ut circumcideretur... Luc II [, 22]. — Ex hoc ewangelio considero tria, scilicet temporalem fluxibilitatem contra eternitatem, corporis passibilitatem contra impassibilitatem... ><... I Petri II [, 21]: Cristus passus est pro*

- nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. Quod... Amen.* [In Circumcisione Dni 2] [Aneks II.1.2.]
- Impleti sunt dies purgationis Marie. Luc. II [, 22]. – Si consideremus, fratres, excellentissimum huius diei mysterium, absque dubio tanto devotius sollemnitatem eius celebrabimus... >< ... gaudium et leticiam obtinebunt et fugiet dolor et gemitus. Amen.* [In purificatione BMV] [Aneks II.9.2.]
- Impleti sunt dies purificationis Marie... [Lc 2, 22]. – Hodierna dies, fratres karissimi, magnum nobis contulit gaudium, in quo Christus in templa est presentatus... ><... et que illa via erit, ecce dabo in Syon salutem et in Hierusalem gloriam meam. Ad quam nos perducatur.* [De Purificatione BMV 1] [Aneks II.1.2.]
- In Belzebub principe eicit demonium [Lc 11, 15]. – Carissimi, secundum dictum Crisostomi super Matheum... ><... a domino mercedem eternam. Ad quam nos perducatur Jesus.* [Dnica 3 in Quadrages.] [Aneks II.14.1.]
- In caritate radicati [Eph 3, 17]. – In verbis istis apostolus duo facit. Hortatur enim ad caritatem cum dicit: In caritate radicati... propter societatis in caritate jocunditate latitudinem.* [Dnica 16 post Pent.] [Aneks II.7.1.]
- In cathedra seniorum laudent eum [Ps 106, 32]. – In verbis istis circa praesentem sollemnitatem duo notantur. Primo beati Petri dignitatis sublimatio... in tertia [cathedra] propter finalem perseverantiam.* [De s. Petro] [Aneks II.7.2.]
- In diebus illis exurgens Maria abiit... Luce I^o [, 39]. – Ex quo consumato officio anunciacionis per angelum Gabrielem, ad quod missus erat a Deo... ><... quam Deus dedit Abrahe post hanc vitam et aliis electis daturus est.* [De BMV] [Aneks II.11.2.]
- In domo Patris mei mansiones multe sunt... Ioh. XIII [, 2]. – Quia hodie sancta mater Ecclesia celebrat festum sanctorum Philippi et Jacobi apostolorum, ideo ad recomendacionem ipsorum recepi verba thematis: In domo... ><... et sic spiritum emisit. Ita ergo hii beati apostoli patientes pro Christo transierunt ad eternas mansiones. Ad quas nos etc.* [De ss. Philippo et Jacobo app. 1] [Aneks II.1.2.]
- In ewangelio dominice precedentis ad fidei confirmacionem Ecclesia duos discipulos Iohannis dubitantes... Miserunt ab Ierosolimis sacerdotes et Levitas ad Iohannem etc. [Io 1, 19]. Ex hoc ewangelio tria nobis narrantur: Iudeorum ad Iudeorum [!] ad Iohannem missio, nunciorum interrogatio... ><... vitam ingredietur thalamum regis eterni. Ad quem... etc.* [Dnica 4 Adv.] [Aneks II.1.1.]
- In habitacione sancta coram ipso ministravi. Ecc. XXIII^o [, 14]. — In hiis verbis commendatur Marie Virginis officii executio, Deus enim eam ministram et officialem fecit... ><... ut nobis imploret hic veniam et post hoc requiem sempiternam. Quam nobis prestare... [In Assumptione BMV 3] [Aneks II.3.2.]*
